

**Vademecum Sive Praxis Opera Quotidiana Aliaque ritè  
peragendi, & per ea salutem & perfectionem propriam, ac  
proximi, instituto Societatis Jesu conformem assequendi**

De operibus solidæque devotionis exercitiis, quæ vel quotidie non  
peraguntur, ves fusiore indigent explicatione, quomodo cum majori fructu  
peragi possint

**Limpens, Ferdinand**

**Coloniæ Agrippinæ, 1744**

Unctio Narium.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54780](#)

## Unctio Oculorum.

**D**um Sacerdos dicit : Per istam sanctam Unctionem & suam piissimam misericordiam indulgeat tibi Dominus , quidquid per visum deliquisti . Amen.

Suspira dicens O JESU in tenebris versatur anima mea , caligant , franguntur oculi , per quos eheu sapè peccavi . Doleo , per carissimum sanctorum oculorum tuorum lachrymas etiam sanguineas te obrestor , ut ablucas omnes peccatorum meorum per visum causatorum maculas , & penas adhuc restantes . Ut te & SS. Trinitatem statim anima mea à discessu suo à corpore mereatur videre , quod ardentissime desiderat .

## Unctio Aurium.

**D**um Sacerdos dicit : Per istam sanctam Unctionem , & suam piissimam misericordiam indulgeat tibi Dominus , quidquid per auditum deliquisti . Amen.

Suspirans dic : O mi JESU , deliqui per aures libenter audiendo , quæ non debebam , & verbo , ac inspirationibus tuis eas occludendo . Per dulcem auditum tui pietatem rogo te , deleras maculas & penas ideo debitas , ut non instante judicio non timeam ab auditione mala , sed in pronuntiatione sententiae veni Benedicte auditui meo detur gaudium & lætitia .

## Unctio Narium.

**D**um dicit Sacerdos : Per istam sanctam Unctionem & suam piissimam misericordiam indul-

*dulgeat tibi Dominus, quidquid per odorem deli-  
quisti. Amen.*

Suspirans dic : O mi JESU , Mephystum in  
Calvarie monte terribilem percepisti ex fætore  
coram Deo omnium peccatorum totius mundi  
& meorum. Et tamen dicebas *Sitio plurium*  
*scilicet semper ac plurium peccatorum animas.*  
Per istum ego amorem tuum te adjuro. Da ta-  
lem de peccatis meis contritionem , ut tibi ho-  
locaustum sit perfectum , & gratus ex iis sacro  
contritionis igne extinctis penitusque in favil-  
las redactis odor ascendat in celos coram Pa-  
tre tuo.

*Uncio Labiorum.*

**D**Um Sacerdos dicit : *Per istam sanctam Un-  
ctionem & suam piissimam misericordiam in-  
dulgeat tibi Dominus, quidquid per gustum & lo-  
cutionem deliquisti. Amen.*

Suspira dicens : O JESU , multum deliqui  
per gustum & linguam meam licet toties in Eu-  
charistico epulo sacro tuo cruore purpuratam.  
Per mitam verborum tuorum è labiis tuis dul-  
cissimis prodeuntium , & à sacratissima lingua  
tua formatorum omnipotentiam , per hanc ip-  
sam sacratissimam linguam tuam ita siti adustam,  
felle & aceto potatam , rogo te , munda pol-  
luta labia mea & linguam , ut felle draconum &  
veneno aspidum insanabili non potetur in in-  
ferno , sed in tuæ linguae mellifluæ & pacis os-  
culo , quod super mel omne suave est , latus  
transcam ex hoc mundo.